



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephi Mariae Svaresii, Episcopi Vasionensis, Praenestes
Antiqvae Libri Dvo**

Suarès, Joseph Marie

Romae, 1655

De Via Pr[a]enestina, & de Porta Vrbis. 19

urn:nbn:de:hbz:466:1-11894

At a latere dextro.
 DEDIGATA. III. IDVS. APRILIS
 SCAPVLA. TERTVULO. ET. TINEIO
 CLEMENTE. COSS. CVRAM. SIC.
 AGENTE. VALERIO. GALAGAERO. LIB.
 ET. C. VETTEIO. OPTATO. M. CLODIO.
 MINERVALES
 Q. Q. PER.

De Via Prænestina, & de Porta Urbis.

CAPVT XIX.



In superiori Inſcriptione viæ Prænæſtinæ
 Curator enuntiatur P. Martius. ea Roma
 Prænæſten ducebat, eratque frequentibus
 ſepulcris celebris. ſepulcrum in ea Q. Attæ
 locat Moreſtellus, Eccleſiam S. Ianuarij; S. Gregorius
 Magnus, eiufque Græcus interpres Zacharias Papa :
 Villam Gordianorum Capitolinus hiſce verbis: *Do-*
mus Gordianorum etiamnum extat, quam iſte Gordia-
nus pulcherrime exornauit, & Villa eorum via Præne-
ſtina ducentas columnas in tetraſtylo habens (alias Peri-
ſtylo,) quarum quinquaginta Caryſtiæ, ſeu marmore vi-
ridi, atque ſtuçibus concolori; quinquaginta Claudianæ,
quinquaginta Synnades candido marmore, ac purpureis
orbiculis interſtinçto, quinquaginta Numidicæ pari men-
ſura, in qua Baſilicæ centenariæ tres, (a centum pedum
meſura, vt apud Suetonium Porticus milliaria Ca-
ſaubono.) Cætera huic operi conuenientia, & Thermæ,
quales præter Urbem, vt nunc, nuſquam in Orbe terra-
rum. In ea via anno ab Vrbe condita ccxxxiii. Vrbs
erat Latini nominis Albanorum Colonia GABII, ad
centefimum a Roma ſtadium. Sed deſerta poſtmo-

Pompæ Ferali. 4.
c. 8.

Dialog. 1. 4. c. 27.

In Gordiano 3.
vbi Caſaub. &
Salmaſ.

Lib. 14. Antiqq.

dum ea tantum parte habitabatur, quæ ad publicam viam obuersa frequentabatur diuersorij, vti scribit Dionysius Halycarnasæus, τὴν ὁδὸν Πραίνεστον φέρονσαν vocans, vti Zacharias Πραίνεστὴν ὁδὸν. Huius viæ caput & initium statuitur à Suburra ad arcum Gallieni, trophæa Marij, Basilicam Caij & Lucij: tum ea flecitur ad Portam Exquilinam, vnde exit cum Labicana via, quæ ad dexteram porrigitur, at ad læuam Prænestina. alij volunt viam Prænestinam post arcum Gallieni ante Marij Trophæa incipere, & ad læuam

Lib. de vii. Urbis
Ecclief.

dirigi, ac exire per Portam quæ nunc Sancti Laurentij nuncupatur, vt R. P. Seueranus refert. Extra Portam Exquilinam Labicana via est, & Prænestina. In Prænestina AQVA Claudia ab Appio Claudio in

Plin.

Urbem ducta sumit initium. In eadem via AQVA Virgo militibus olim demonstrata ex eo loco in Ur-

Lib. 7. Ant. Rom.
Topogr. c. 16.

bem deducitur, teste Marliano. Eam viam sic describit Peutingeriana Tabula. *Via Prænestina Gabios XI. Præneste XI.* at Itinerarium Antonini ita: *ab Urbe m. p. idest mille passus seu millia. pass. XII. Gabios m. p. XI. Præneste,* tum Beneuentum vsque. Sed excurrentem me longius ad viam Prænestinā reuocat Obeliscus inuentus secus illam eo loci, vbi castra Prætoria ponit, & metatur Ligorius, e Circo in quo erectus erat, & in Barberinum palatium transfuectus. litteris ignorabilibus, & notis Hieroglyphicis insculptis insignis: cuius eruditam explicationem scripsit antiquitatum reconditarum peritissimus P. Athanasius Kircherus. Sed & aliud Obelisci fragmentum Præneste visitur in hortis Principis. Cæterum plura habent de via Prænestina Bosius Romæ subterr. c. 31. l. 3. Pancirol. in Notit. Imper. Io. Seueranus de 7. Eccl. Marlianus l. 1. c. 7. Topographiæ Urbis, quos vide. Prænestina Urbis Porta hinc nomen repetit, quæ
Esqui-

Esquilina, & Labicana quoq. dicta a Plinio, a via quæ per eam exibat. Procopius Penestrinā seu Prænestinam ter appellat. Sed ab altera etiam via Labicana dicta fuit. nunc Maior dicitur. a Belisario ibi locatam credit Godleueus, quo tempore Urbis muros a Gotthis disiectos restituit: Maioremque dictam ab ædificij, castelli nempe Aquæ Claudie magnificencia, cui supposita est πόλις καλεμένη πανεστίνη Romæ, in qua Belisus custodias agebat. Gotthi certe Urbem obsederunt a Porta Flaminia ad Prænestinam, quæ ibi πανεστίνη vocatur. Ortelius miscet eam cum Aesquilina, vt exarat. Loca deputata syluestribus animalibus viuaria dicebantur, erantque in angulo Urbis in regione v. prope Portam Prænestinam, vt prodit Procopius, ex eoque Cardinalis Baronius.


Procop. l. 1. Gothi

In Thef. Geogr.

Lib. 1. Gotthi.
Ad Martyrol. 16.
Ioan.

De Signis, Sacrarijs, & alijs locis publicis.

CAPVT XX.

IN & statuæ Prænesti visebātur Trophimi, Agilij, Munij, & Anonymi, qui muneribus editis placuerant populo, vti superius ex Inscriptionibus claruit. Erat & ludus gladiatorius, atque spoliarium, vnde Theatrum ibidem extitisse reor. Erant & signa, vt liquet ex his inscriptionibus.

SECVRIT. AVG.

SACRVM

DECVRION. POPVLVSQ.

Item.

PACI. AVG.

SACRVM

DECVRION. POPVLVSQ.

COLONIAE. PRAENESTINAE.

I 2 Erant